

ctus quidem earum per formas superiorum corporum considerare possumus, habereque eas, si in tempore proprio inuestigatae quaesitaeque sint. 89

Nō modicam scientiā superiorū habere conuenit, qui multa ad effectum ducere uolunt, uelut ignis & malleū artificis, ita haec scientia ingenioso necessaria est. 90

Quare cum ipsa sciētia Astrorum id quia necesse est in omnibus ea uti, quaerere contingit multa qui hāc propriae uim animae didicerunt. Facient quidem multa qui à natura & ab arte ad illā ducti sunt. 91

In omni morbo Luna consideranda est, uelut Iupiter in omni gloria. Luna in opposito Martis morbos uenenatos inducit sicut in signis igneis, terminanturque cito, & raro ad uitam Luna iuncta Marti in signis aereis & potissime in geminis incisionē ferri seu percussionem demonstrat. 92

Detestabilissimae sunt figurae infirmitatum, quando ambo luminaria in opposito duarum infortunarum ac utraque malo aspectu. 93

Per applicationē Lunae ad fortunas non dispositas ab infortunis uincitur natura morbi, per separationemque ab illis, & applicationem ad esse infortunarum, causatur mors. 94

Fiūt quoque fortunae infortunae in morbis quā ipse morbus de natura fortunae, siue de natura suae significationū erit, et in hoc infortunae fortunae sunt, quia contraria contrarijs curatur effectibus. 95

Coniunctio luminarium in signis Martis, uel insignis humanis Venus Mercuriusque ibi reterogadi morbos inducunt, terminantes omnino ad mortem, & si illa coniunctio erit in Ariete ducet infirmum extra mentem sine spe. 96

Mars in ascendēte hora infirmitatis in capite designat morbum siue in facie uel in aliqua parte capitis esse cognosciturque per aspectum aliarum erraticarum, Infirmitas quidem erit ad mortem uel ad uitā secundū esse dñi ascendentis & Lunae. Haec uero significationes infirmitatum paruum moram siue terminum habēt. 97

Vapores accensi per aerem currentes siue in forma cometae, siue